

eadem Eccl. usus fuerit tali facultate, et nemo contradixerit?

S. eadem C. ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, referente subscripto Secretario, propositis Dubiis occurrens rescribendum censuit: „Negative in omnibus, nimirum: nec uti posse in Ecclesiast. Functionibus tali Bireto, nec amittere distributiones, siquidem Biretum non est Chorale indumentum.“ Die 7. Decbr. 1844. n. 4991.

14) Regularium.

Ad dubium: In Rituali P. Cavalieri tom. 3 c. 15 decr. 39 legitur: Regulares pluviali indutos indubie uti debere bireto sacerdotali in funeribus et processionibus; talis doctrina tuto praticari valeat? Similiter inquiritur: an Regulares dicto bireto uti queant, quando induti procedunt de Sacristiis ad altare? et: quatenus negative: quomodo adimplenda est rubrica praecipiens sacerdoti celebraturo incedere cooperto capite et ex alia parte in aliquibus Ordinibus propter caputiorum formam, amictu cooperiri nequeat absque magna incompositione Sacerdos? S. C. resp.: Servetur Solutum: n. 4395 ad 12 die 18. Dec. 1779.

15) Sacerdotis.

(In accessu ad altare).

ORD. DISCALCEATORUM SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIV.

Praeses Conventus S. Caroli ad quatuor Fontes hic in Urbe Ord. Discalceat. SSmae. Trinitatis Redemptionis Captivorum, advertens Sacerdotes sui Instituti dum pergunt ad Aram Sacram facturi procedere capite detecto, cupiensque ut ipsi se conforment dispositioni Rubricae Missalis Rom., quae Part. II. Tit. II. praecipit, quod Sacerdotes capite cooperto ad Altare procedant. Alumnos praedicti Asceterii

ad Capitulum congregavit, illisque rem omnem aperuit, ea tamen lege, ut quaecumque ex parte cujusque opinio se verteret, sensus super re S. R. C. exquireretur. Disquisitione instituta, res cessit contra Praesidis votum, omnesque vel praesidio suppositae legis proprii Caeremonialis, vel consuetudini etiam immemorabili innixi, in voto fuere nihil esse innovandum, servandamque consuetudinem procedendi ad Altare eo in casu capite operto. Sed juxta praescriptam conditionem praedictus Superior ad hanc S. C. recursum instituit, ut super controversia de jure decerneret. Quae in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes die 7. Mense Dec. anno superiore 1844 coadunata, satius duxit rescribere: „P. Procuratori Gen. Ord. pro Voto, qui transmittat Exemplar proprii Caeremonialis. Quae Omnia quum peracta fuerint et tum ex voto Vice-Procuratoris generalis scriptis pandito, tum ex parte secunda illius Caeremonialis §§. I., II. et XII., quod tamen legitima adprobatione caret, non eruatur quae in praxi et ex consuetudine servantur a Sacerdotibus praedicti Ord. dum pergunt a Sacristia ad Altare Sacrum facturi; propterea Emi. et Rmi. P. in Ordinariis Comitibus iterum ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunati, omnibus mature consideratis, praesertim quod juxta alias decreta nulla consuetudo praescribere valeat Rubricarum dispositioni, auditaque plena relatione a Secretario facta, rescribendum censuerunt: „Capite cooperto juxta Rubricas.“

Atque ita rescripserunt ac servari mandarunt a Sacerdotibus Discalceatis Ord. SSmae. Trinitatis Redemptionis Captivorum. n. 5018 die 14. Jun. 1845.

Ad dubium: An omnes Sacerdotes indiscriminatim uti possint Galero vulgo *Berretta* quum a Sacristia discedunt pro Missa celebranda et in aliis exer-

citiis, praesertim vero, an liceat Religiosis Sancti Joannis de Deo, qui Paurochi sunt omnium infirmorum in suis hospitalibus jacentium? Utuntur eo in quibusdam Provinciis, minime vero in aliis. S. C. resp.: „Non licere absque Indulto.“ n. 4718 ad 4 die 17. Aug. 1833.

S. BIRGITTA.

CALAGURITAN.

Ad preces Monial. Ord. SS. Salvat. in Asceterio s. Birgittae Dioecesis. Calagurit, ut in proprio Calendario Officium Virginis Filiae ejusdem Sanctae Birgittae, quod ex Indulto Apostolico recitant sub ritu duplicis minoris, in posterum gaudeat ritu duplicis secundae Classis cum Octava, et Officium ipsum sit integre proprium. S. C. resp.: „Pro gratia elevationis ritus ad duplex secundae Classis, sed sine Octava, et cum Officio hactenus recitato.“ num. 4715 ad 1 die 17. Aug. 1833.

S. BONAVENTURA.

In 2. Vesp. octavae s. Bonaventurae concurrentis cum festo s. M. Magdalenae debet fieri a capitulo s. M. Magd. n. 2284 ad 4 die 12. Julii 1664.

BREVIARIUM.

1) Approbatio.

Vd. *Missale* (approb.)

2) Benedictinum.

Vd. *S. Benedictus; s. Scholastica. Ritus* (mutat.)

Congregatio Cistercensium, utens Breviario Benedictino reformato, tenetur recitare Officia illorum Sanctorum, qui fuerint inserti Calendario Romano post acceptationem praedicti Breviarii Benedictini reformati. n. 1166 die 2. Julii 1639.

Cum S. R. C. sub die 16. Julii 1672 ad preces P. D. Stephani Secundi Ro-

mani Abbatis, et Procuratoris Generalis Congregationis Cassinensium concesserit, ut Officium S. Benedicti Patris ejusdem sub ritu duplici de communi Confessorum non Pontificum, cum solitis Lectionibus, a dicta Sacra Congregatione approbatis, recitari solitum per ipsam Congregationem Cassinensem feria III. non impedita, in posterum recitari posset sub ritu semiduplici a tota praedicta Congregatione Cassinensi et Monasteriis Monialium ejusdem Ordinis eidem Congregationi subjectis. Nunc vero pro parte Josephi Gamba Confessoris Monialium S. Benedicti Panormi, quaeritur:

1. An possit ex concessione praedicta Officium ut semiduplex s. Benedicti recitari in Adventu, Quadragesima et Vigilia?

2. An, occurrente in tertia feria festo semiduplici, debeat transferri, et celebrari eo die Officium s. Benedicti?

3. An debeat recitari in tertiis feriis infra Octavas Sanctorum, in quibus festa semiduplicia celebrantur?

4. Si aliquod Festum translatum semiduplex deberet celebrari in tertia feria, utpote in die, quae prima occurrit non impedita, debeat ulterius transferri et recitari ea die S. Benedicti?

5. Quid agendum sit in simili casu, quando Festum translatum non sit semiduplex, sed duplex vel primae, vel secundae classis, et deberet celebrari in feria tertia, die scilicet proxima succedente non impedita?

Eadem S. R. C. respondit, ut infra videlicet:

Ad 1. „Negative.“

Ad 2. „Recitandum Officium de semiduplici occurrente.“

Ad 3. „Negative.“

Ad 4. „Recitandum Officium de semiduplici translato.“

Ad 5. „Recitandum Officium de duplici quocumque translato.“

N. 2904 die 20. Sept. 1679.

Festa de praecepto a S. R. C. hactenus approbata aut in posterum pro omnibus Christifidel. ad horas canonicas recitandas obligatis approbanda, tenentur Benedictini suis Breviariis ad jungere et illa de praecepto recitare.

Alia festa et officia ad libitum concessa, possunt Benedictini recitare, si sunt concessa pro *universali* Ecclesia.

Ad dubium: an in festo omn. ss. Monachorum Ord. s. Benedicti, possit dici Resp.: *Haec est vera fraternitas*. aut debeat dici aliquod Resp. diei de comm. virg.? S. C. resp.: In officiis SS. nihil addendum aut immutandum nisi de apost. auctoritate indultum fuerit. n. 3223 ad 1 — 3 die 10. Junii 1690.

3) Franciscanorum.

Cf. *Translat. festi Ord. et Dioecesis*. (decr. n. 3787). *Officium* (obligatio ad quod, decr. n. 4487); *Festum ad libitum* (decr. n. 4078). *Regulares* (Off.; decr. n. 4608 nota).

Frequentes sunt in Provincia Leodiensis Congregationes Monialium tertii Ord. s. Francisci, quae constitutiones regulares amplexae sunt constitutionibus Ord. Capucinatorum omnino conformes et habitum consimilem deferunt sine calceamentis suntque Ordinariis subjectae. Praedictae Moniales non possunt divina Officia persolvere juxta Breviarium Capucinatorum (Francisc.) n. 3749 ad 6 die 28. Aug. 1706.

Ad dubium: an Clerici tertiarum saecularum professi tertii Ordinis s. Francisci de Poenitentia recitare possint horas canonicas juxta Breviarium in Urbe impressum anno 1703 ad usum fratrum trium Ordinum s. Francisci de Poenitentia professorum claustralium, omisso Calendario rom.? S. C. resp.: *Negative*, nisi habeant Indultum extensionis Privilegiorum. n. 3774 ad 5 die 27. Aug. 1707; n. 3792 die 1. Sept. 1708.

Ad dubium: An apud Fratres Minores, et Personas utentes Brev. Rom. Seraphico trium Ordinum s. Francisci, Festum Dedicat. Eccles. praelationem adhuc habeat super Sanctorum Festa aequalis ritus in concursu, et in concursu juxta Rubricas peculiare ejusdem Breviarii?

Et Emi. ac Rmi. P. S. Ritibus praepositi... rescribendum censuerunt:

„Juxta Votum Magistri Caeremoniarum, videlicet ad Mentem. *Mens est:* Supplicandum esse SSmo. pro reformatione hac in parte Rubricis Brev. Rom. Seraphici trium Ord. juxta posteriora S. C. Decreta.“

Atque ita rescripserunt. Die 16. Sept. 1843.

Super quibus omnibus facta postmodum ab Emo. et Rmo. D. Card. Maria Pedicini Ep. Portuen. S. Rufinae, et Centumcellarum, S. R. C. Vice-Cancellario, eidemque S. C. Praefecto, SSmo. D. N. Gregorio Papae XVI. fidei relatione: „S. S. Rescriptum S. C. confirmavit, dispensando quatenus opus sit hac in parte dispositionis peculiaris Rubricae super expositis Dubiis, obtemperandum esse mandavit a Fratribus trium Ord. S. Francisci novissimis hujus S. C. Decretis.“ Contrariis non obstantibus quibuscumque. num. 4974 ad 1 die 30. Oct. 1832.

4) Monasticum.

Vd. *Moniales*; s. *Elisabeth*; *Regulares*; *Officium* (obligatio ad quod?)

TARENTINA.

Beatissimo Padre.

L'Arcivescovo di Taranto devotamente espone alla Santità Vostra come nella Diocesi Tarentina vi sono cinque Monasteri di Monache Claustrali, uno dell'Ordine Agostiniano, un altro dell'Ordine Benedettino, e tre dell'Ordine Franciscano. Tutti questi cinque Monasteri sono soggetti all'Arcivescovo,

non già agli Superiori Regolari dei suddetti Ordini rispettivi. Ciò non ostante recitano l'Officio Divino con i Breviarii de' rispettivi Ordini Regolari, e coi Santi degli Ordini medesimi, modificando il Calendario dell'Arcivescovo per farvi entrare i loro Santi particolari.

L'Arcivescovo esponente sostiene, che le suddette Religiose essendo soggette all'Arcivescovo, e non ai Superiori Regolari, dovrebbero adattarsi in tutto al Calendario della Diocesi, e retinere soltanto il Breviario particolare, e ciò a norma delle regole dei Sacri Riti. Ma siccome le suddette Religiose per lo passato hanno sempre fatto le surriferite modificazioni al Calendario della Diocesi, per farvi entrare i loro Santi particolari, così prevede l'Arcivescovo esponente il disturbo delle suddette Comunità Religiose, se venisse ad ordinar loro l'obbligo di uniformarsi assolutamente al Calendario della Diocesi.

Supplica perciò umilmente la Santità Vostra a volersi benignare di accordare alle suddette Religiose la facoltà di recitare l'Officio, come hanno fatto finora, cioè modificando il Calendario della Diocesi, con farvi entrare i loro Santi particolari nel modo descritto di sopra, e ritenendo nel medesimo tempo i loro rispettivi Breviarii. Che ec.

In Congregazione Sacrorum Rituum Ordinaria diei 12. Nov. 1831 rescriptum fuit: „Audiat idem Archiepiscopus, juxta modum, et auditis ipsis Sanctimonialibus.“

Eminenza Reverendissima.

In esecuzione dei venerati comandi dell'Eminenza Vostra e di cotesta Sacra Congregazione imposti a me con suo venerato Foglio dei 12 del prossimo passato Novembre, ho fatto radunare capitolarmente le Religiose dei Monasteri di questa città per mezzo

del mio Pro-Vicario Generale, e quelle della Diocesi per mezzo dei miei Vicarii Foranei rispettivi, ad oggetto d'interrogarle sopra li tres Articolo, che dall'Eminenza Vostra Reverendissima mi furono praescritti, cioè

1. Se le Religiose di San Benedetto si servano del Breviario Monastico, e del Calendario del proprio Istituto, e da quanto tempo?

2. Se le Religiose di Sant'Agostino, e di San Francesco facciano uso del Breviario, e Calendario del loro rispettivo Istituto, e da quanto tempo?

3. Se tutte le suddette Religiose, cioè Benedettine, Agostiniane, e Franciscane siano state soggette all'Arcivescovo di Taranto, o pur per qualche tempo siano state soggette ai Superiori rispettivi dell'Ordine loro?

Al primo quesito, che esse si avvalgono del Breviario Monastico Benedettino sin da dieci secoli. Al secondo ch'ebbero sempre il Calendario dell'Ordine Benedettino, e che da pochi anni in qua il Caeremioniere di questa Cattedrale fa loro un Calendario accommodato sulle Rubriche particolari del loro Istituto. Al terzo che furono sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto.

Le Religiose Agostiniane al primo quesito hanno risposto, che esse si sono sempre servite del Breviario Romano aggiungendo i Santi dell'Ordine di S. Agostino. Al secondo, che sempre hanno fatto uso del Calendario particolare dell'Istituto Agostiniano, e non già del Calendario comune di questa Diocesi. Al terzo che sono state sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto.

Le Religiose Francescane del primo Monistero hanno risposto al primo quesito, che esse hanno fatto uso sempre del Breviario Franciscano. Al secondo, che sempre si non servite del Calendario Franciscano frammischian-

dovi alcuni soliti Uffici della Diocesi, e della città dove dimorano Al terzo, che sono state sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto.

Le Religiose Francescane del secondo Monistero al primo quesito hanno risposto, che da tre secoli, ossia dalla Fondazione del di loro Monistero, hanno fatto sempre uso del Breviario dei Padri Riformati di S. Francesco. Al secondo, che fin dalla suddetta loro fondazione ricevono dai detti Padri Riformati di S. Francesco il Calendario dell' Ordine Serafico, e su questo regolano la recita del Divino Ufficio. Al terzo, che parimenti fin dalla loro fondazione sono state sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto. Per notizia particolare però io so, che anche queste Religiose si fanno accomodare dal Ceremoniere di questa Cattedrale il loro Calendario particolare, frammischinandovi alcuni soliti Uffici di questa Diocesi.

Le Religiose Francescane finalmente del terzo Monistero hanno risposto al primo quesito, che esse fin dalla fondazione di detto Monistero hanno fatto uso sempre del Breviario dei Padri Conventuali. Al secondo, che si sono sempre servite del Calendario di detti Padri Conventuali. Al terzo, che sono state sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto.

Avendo io pertanto eseguito li rispettabili comandi di Vostra Eminenza Reverendissima, e di cotesta Sacra Congregazione, mi fo il dovere di darle la conoscenza, e di respingerle compiegata in questa mia umilissima supplica, come Vostra Eminenza Reverendissima mi ordino col detto suo venerato foglio dei 12 prossimo passato Novembre.

Finalmente stimolato dai dettami della mia coscienza, e dall' impegno del pieno adempimento ai miei Episcopali doveri mi fo ardito di suppli-

care l'Eminenza Vostra Reverendissima, e cotesta Sacra Congregazione a benignarsi di emanare le analoghe risoluzioni sull' assunto ad oggetto di calmare, ed assicurare la coscienza di tutte le suddette Religiose, e mia; giachè quanto esse hanno finora fatto circa la recita dell' Ufficio Divino, Breviario, e Calendario, non essendosi eseguito coll' autorizzazione de cotesta Sacra Congregazione, anzi essendosi di propria autorità frammischiato, ed accomodato il Calendario Monastico, ossia del proprio rispettivo Istituto con quello di questa Diocesi, sembra tutto ciò essere stato poco, o niente regolare. Peraltro sottometto il tutto alla saviezza di Vostra Eminenza Reverendissima, e di cotesta Sacra Congregazione, dichiarandomi pronto ad eseguire quanto mi verrà ordinato.

Ed inchinandomi umilmente a baciarle il lembo della Sacra Porpora, con sincera stima, con profondo rispetto, e col dovuto ossequio passo a rassegnarmi costantemente.

Dell' Eminenza Vostra Reverendissima. Taranto, 28. Decembre 1831.

Umil. Dev., ed Obbl. Servitore Giuseppe Antonio Arcivescovo di Taranto.

A Sua Emin. Rev. il Sig. Cardinal Pedicini Prefetto della Sacra Congregazione de' Riti.

Perillustris, et Reverendissime Domine uti Frater... In Congregatione Sacrorum Rituum Ordinaria ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata, habita fuit ratio supplicis Amplitudinis Tuae Libelli quoad modum recitandi Horas Canonicas, quo utuntur Sanctimoniales istius Archidioecesis, et sequentis informationis transmissae sub datum quinto Kalendas Januarii superioris Anni 1831, quam Sacra eadem Congregatio ab Amplitudine Tua requisivit, auditis ipsis Sanctimonialibus. Post relationem ab infrascripto Secretario factam, omnibus mature, accurate

teque consideratis, Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendus praepositi rescribendum esse censuerunt: In omnibus *juxta Decreta et Privilegia*:

Nimirum Sanctimoniales Ordinis S. Benedicti utentes jam fere a decem saeculis Breviario Monastico, licet Ordinario subjectae, tenentur dumtaxat ad Officia Patroni Civitatis, Titularis Ecclesiae Cathedralis, et ex convenientia ad Officium Dedicacionis ejusdem in omnibus sine Octava *juxta Decreta* in una Breviarii Monastici diei 2. Julii 1644 et in Lauden. diei 20. Novembris 1633. Reliquae vero tum Ordinis Sancti Augustini, tum Ordinis Minorum Sancti Francisci, sicut et praedictae Benedictinae non exturbandae sunt a sequendo proprii Ordinis Calendario, et licet sint Ordinario subjectae non possunt illi Calendario addere alia Officia, praeter supradicta *juxta Decretum* in Januen. diei 22. Augusti 1744 nisi aliter ab hac Sancta Apostolica Sede fuerit indultum pro Clero Saeculari cujuscumque Dioecesis, et Regularibus utriusque sexus. Haec ejusdem Sacrae Rituum Congregationis mandata libentissimo animo dum Amplitudini Tuae nota facere gestio, Illam adprecor, quoniam ejus fides, et integritas perspecta jam est, ut admissim executioni mandentur. Et Amplitudini Tuae diuturnam ex animo exopto felicitatem.

Amplitudinis Tuae uti Frater amatissimus Romae 7. Aprilis 1832. n. 4686.

Rev. Archiepiscopo Tarentino.

5) Romanum.

Vd. *Officium roman.*; *Episcopus*; *Off. non approbat.*; *Sancti*; *Reliquia*; *Calendarium*; *Lingua*; *Hebdomadarius*; *Moniales*; *Ritus* (mutatio); *Lectiones ex Octavario rom.*

Decretum contra abusus comprehendit etiam Breviaria, tolerata a Pio V.,

excedentia biscentum annos, hoc modo videlicet, ut non possit eis addi aliud festum SS., nec minus ratione reliquiarum nisi modo et forma contenta in decreto et consulta Sede apostolica. n. 772 die 28. Oct. 1628.

Usus Missalis et Brev. rom. semel introductus in Ecclesia, quae habebat part. Missale et Brev., confirmandus est nec licet redire ad usum antiqui Missalis et Brev. S. R. C. 15. Martii 1603.

Non est relinquendum Officium Breviarii pro Officio devotionis. n. 2364 ad 1 die 13. Febr. 1666.

Ad dubium: an stante Bulla Pii V. in Bullario n. 64 et receptione novi Breviarii per totam Archid. Prag. possit sola Ecclesia Metrop. uti antiquo Breviario sine consensu sedis ap. et an Archiepiscopi licite hoc potuerint tolerare vel permittere? S. C. resp.: Non licere, nisi servata Bulla Pii V. n. 1682 ad 1 die 3. Mart. 1674.

Item *ad dubium*: an Archiepiscopo pontificaliter Vesperas peragente, Antiphonae et hymni secundum antiquum, psalmi, oratio et reliqua secundum novum Breviarium cantentur? S. C. resp.: Aut totum antiquum, aut totum novum. n. 2682 ad 2 die 3. Mart. 1674.

Ad dubium: an ubi receptum est novum Breviarium et aboletum antiquum, festa ex antiquo Brev. celebrata sub ritu dupl., semid. et simp. quae in moderno Brev. rom. vel sub tali ritu non celebrantur, vel pene non inveniuntur, observari et celebrari valeant sub ritu antiquo et Archiepiscopus hoc permittere debeat? S. C. resp.: Mandet servari in totum Brev. modernum ejusque Rubricas. n. 2672 ad 3 die 3. Mart. 1674.

Ad dubium: an Religiosi Ord. B. V. M. animarum suffragaticis uti valeant Breviario Ord. Min. s. Francisci ratione participationis Privilegiorum eidem Ordini in genere concessorum; an

potius teneantur servare ritum Brev. et Missalis rom. juxta eorum regulas et institutum? S. C. resp.: Communicationem privilegiorum non suffragari ad effectum, de quo agitur, sed tenei uti Brev. et Miss. rom. n. 4394 die 18. Decb. 1779.

BUGIA.

1) Canonicorum.

a) In choro.

In lectionibus canendis non competit Canonicis usus instrumenti vulgo Bugia nec usus candelabri ab alio sustentati, et si obscuritas ingrueret, poterit prope Legile apponi candelabrum unum super pavementum cum facula accensa. n. 3597 ad 3 die 10. Sept. 1701.

b) Minister.

SEKEN.

In Ordinariis S. R. C. Comitibus ad Quirinale subsignata die habitis, quum a R. P. D. Secretario inter caetera propositae etiam fuerint sequentes praesentes Rmni. Archiep. Senen. nimirum: Emmi, e Rmni. Signori.

L'odierno Arcivescovo di Siena Giuseppe Mancini rappresenta con tutto l'ossequio che i Canonici die quella sua Metropolitana con Apostolico Breve dei 5. Luglio ora decoro ottennero le facoltà di far uso della Bugia anche nelle Messe cantate, e Sagre Funzioni, giacchè per le Messe lette l'avevano di già. Ora insorge il dubbio se a chi spetti l'uffizio di tener loro la Bugia in tale occasione, e se possa esser tenuta indifferentemente da un Sacerdote, o da un Chierico, e se debbano questi, tenendo la Bugia, aver indosso il Pluviale, o la semplice Cotta, e non avendo potuto riscontrare cosa alcuna in proposito, ricorre all'oracolo delle Eminenze Vostre Reve-

rendissime per l'opportuna decisione. Che etc.

Emmi. et Rmni. P. Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum, ac declarandum censuerunt: „Palmatoria in casu juxta generalem consuetudinem sustinenda est vel a Ministris, vel a Magistro Caeremoniarum Missae solemni inservientibus“. n. 4865 die 3. Aug. 1839.

c) In missa.

Vd. *Usus Pontifical.* (decr. n. 4588 nota; n. 4593 ad 10; 4863; 4621; 4640; 4781.)

Canonicus celebrans mitratus Ecclesiae Cathedr. Panormitanae non potest uti palmatoria (bugia). n. 3052 ad 3 die 22. Apr. 1684.

Canonici Metropol. Turitanae in missis priv. et solemnibus uti non possunt bugia. n. 3687 ad 1 die 26. Apr. 1704.

Ad dubium: An Canonici Cathedralis, de qua supra, uti possint Palmatoria in celebratione Missae, etiam quando celebrant extra Cathedralium? Similiter in aliis functionibus ecclesiasticis, Vesperis, Benedictionibus etc. saltem ex praetextu obscuritatis in aliquibus casibus?

Et S. eadem C. rescribendum censuit: „Negative in omnibus, nisi habeatur Apostolicum Indultum, de quo certioretur S. C., et detur Decretum generale.“

Facta autem per subscriptum Secretarium S. D. N. relatione, S. S. C. responsa approbavit, et confirmavit et Decreta generalia, de quibus supra, typis impressa evulgari mandavit. n. 4536 ad 3 die 4. Jun. 1817.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM.

Palmatoria, seu *Bugia*, ut vulgari appellatur voce, non omnibus Praelatorum Collegiis indistincte, ac minus Ecclesiarum Cathedr. Canonicis convenit. Jure ea utuntur tam S. R.

E. Cardinales, quam Episcopi; alii vero ex Indulto, quibus Pontificis auctoritate, et clementia concessum est. Non omnibus tamen, qui hoc gaudent privilegio, datum est eo frui ubique, et in omnibus ecclesiasticis functionibus, sed quisque debet se continere intra fines, quibus circumscripta est concessio, vel haec nobile aliquod Collegium respiciat, vel singulariter personas. Certum est autem, quod Canonicis Cathedralium Palmatoriae usus de jure non competit, neque eis licet vel in propria, vel in aliena Ecclesia publice, aut private hujusmodi adhibere instrumentum. Nec tam facile concedam id ipsos posse ex privilegio, quod nequeunt ex dispositione juris; cum nec eo gaudeant Praelati utriusque Signaturae Referendarii, et Protonotarii Apostolici titulares, etiamsi celebrent in Ecclesiis illarum Civitatum, quarum regimini praeficiuntur, veluti declaravit S. R. C. in Caesenate die 9. Febr. 1675. Et stricte ad Canonicos Cathedralium habetur declaratio ejusdem S. R. C. in Vicentina 11. Julii 1699 ut ex decreto, quod in nostra Collectione omissum, sed laudatum a pluribus de re liturgica Scriptoribus, praesertim vero a s. m. Benedicto XIV. de Sacrificio Missae, a Catalano ad Caeremoniale Episcoporum, a Merato ad Gavantum, aliisque, et nos modo ex regestis authenticis nuper restitutis exscripsimus: Vicentina. Humiliter S. R. C. supplicantes Capitulo et Canonicis Cath. Eccl. Civitatis Vicentiae; quatenus ipsis usum Palmatoriae benigne concedere dignaretur: S. eadem R. C., referente Emmo. et Rmmo. D. Card. Noris, censuit respondendum: *Negative*. Die 11. Julii 1699. Quin immo, nisi palmatoriae usus sit expresse nominatim concessus, haud comprehenditur in Pontificalium Indulto, quo insignium quarundam Cathedralium Canonici deco-

rantur, veluti colligimus ex S. R. C. responso in Urbinaten. 29. Jan. 1752. Non desunt tamen, qui Capitulum, seu Collegium, cui sunt adscripti, hoc privilegio ditatum fuisse contendunt, sed abusum, et indebiti honoris usurpationem privilegio tueri conantur, quod nunquam exlitit. Quod autem eo careant Canonici, de quibus hoc in dubio quaestio est, patet ex postrema dubii parte, in qua petitur: An id ipsis liceat ex praetextu obscuritatis in aliquibus casibus? Quae sane petitio frustra fieret, si aliquo Apostolico Indulto Canonici illi donati fuissent. Cum vero quod primum ad tenebras deplendas (simplex tunc in usu erat candelabrum) fuit adhibitum, temporis successu fuerit commutatum in instrumentum et signum honoris et dignitatis; ideo obscuritatis praetextus non id licitum reddit, quod ex praesenti Ecclesiae disciplina, quibusdam tantum Collegiis, et Personis jure competit, vel privilegio concessum est: aliis vero ad artificiale lumen, ingruentibus tenebris, praestandum, simplex candelabrum satis esse debet supra candelabrum posita, non manu inservientibus ministranda. Ita S. R. C. die 10. Sept. 1701 in Cortonen. proposito dubio: An in lectionibus canendis competere possit Canonicis usus instrumenti, vulgo bugia, vel usus Candelabri ab alio sustentati? respondit: *Negative*; et si obscuritas ingrueret, poterit prope Legile apponi Candelabrum unum super pavemento cum facula accensa.

Ad dubium: Se essendo accordato ai Canonici il privilegio della Bugia, anche nelle Messe lette possano far tenere la stessa Bugia o al Ceremoniera, o ad un Chierico con Cotta, oltre al Chierico, che serve la Messa, quando l'altro Chierico destinato a tener la Bugia sia addetto esclusivamente ad essa senza che s'interessi del servizio della Messa, al quale l'altro Chierico è destinato,

cosi che uno serva esclusivamente la Messa, e l'altro tenga la Bugia, in caso che tener non la possa il Ceremoniere, conforme pare che si rilevi da una risposta data si tal proposito da Benedetto XIV., e conforme un Ceremoniere di Palazzo assicurò nel 1839 rispondendo ad un Canonico, che avevalo su ciò consultato?

S. eadem C.... rescribendum censuit: „Posse a solo Clerico Superpelliceo induto.“

Atque ita rescripsit. n. 5085 ad 3 die 27. Febr. 1847.

2) Dignit., Protonotar., Vicarii etc. in missa.

Vd. *Protonotar. apost. (missa); Usus Pontif.*

Vicarius gen., ab usu bugiae sese absteineat. n. 1926 die 7. Sept. 1658.

Rectores et Beneficiati Ecclesiarum parochialium Caesaraugustanae tempore, quo solemniter vel privatim celebrant, non possunt uti bugia. n. 3046 ad 7 die 11. Mart. 1684; n. 3077 die 10. Febr. 1685 et 20. Aug. 1687; n. 3178 die 22. Jan. 1689.

Priori Cathedralis Ecclesiae Tudert. in missarum celebratione non licere bugiam. n. 2032 die 24. Jan. 1660.

In s. functionibus sive publicis, sive privatis, non licere Dignitatibus, et Canonicis, Superioribus Regularibus, Praelatis quoque Romanae Curiae, Protonotariis Apostolicis honorariis, aliisque omnibus, quocumque nomine nuncupentur, quibus ex jure non competit, etiamsi habeant ex indulto usum Mitrae, Palmatoriam adhibere, nisi Apostolico privilegio donentur, vel hoc personale sit, vel Corpori cujus membra sunt attributum, ita tamen, ut non aliter eo uti possint, quam servatis modo et forma, et cum limitationibus et conditionibus in Apostolica concessione praescriptis.“

Et ita declaravit, decrevit, et ser-

vari mandavit, si SSmo. videbitur, die 31. Maii 1817.

Facta autem relatione etc. per infrascriptum Secretarium S. R. C. de praemissis SSmo. D. N. Pio VII. S. M., S. S. C. Decretum Apostolica confirmatione munitum, typis tradi, ac evulgari jussit, pridie Nonas Junii MDCCCXVII. n. 4537 ad 1.

Dignitates et Canonici Metrop. Urbinaten uti non valent bugia in Pontificalibus et in privatis missis. n. 4224 ad 4 die 29. Jan. 1762.

Archiepiscopus Spoletanus inhibeat Dignitatibus Usum palmatoriae et Canonis tam intra quam extra propriam Ecclesiam, quoniam eorum usus nullimodo neque ex privilegio neque ex indulto illis competat. n. 4524 die 23. Sept. 1837.

Quum S. R. C. compererit Priorem Ord. Praedicat. civitatis Pennen. eoque absente Vice-Priorem uti palmatoria, quod vetitum omnino est, decrevit.. ut abusus omnino de medio tollatur. n. 4845 die 23. Febr. 1839.

3) Episcopi.

(*Minister.*)

Canonicos assistentes non teneri, immo non debere inservire Archiepiscopo de bugia, sed eam esse administrandam per Cappellanum. n. 1874 die 16. Mart. 1658.

Episcopo pontificaliter celebrante candelam per Capellanum esse ministrandam et non teneri Canonicos. n. 1375 ad 1 die 10. Maii 1642.

Ad dubium: an instrumentum Bugia de candela serviens Episcopis ad librum, possit esse materia ordinis Acolythorum loco candelabri seu Ceroferarii? S. C. resp.: *Negative.* n. 3809 ad 5 die 8. Junii 1709.

Vd. *Minister de libro* (Episcopi.)

4) Sacerdotis.

Vd. *Assistens Presbyteri* (decr. n. 5241.)

Ad dubium: Utrum Sacerdos a Vicario Apostolico morti proximo electus ad regimen provisorium Vicariatus, et deinceps a S. C. de Propaganda Fide renunciatus Superior interimus Vicariatus ipsius, in tantum, et ratione hujusmodi delegationis, jus habeat exigendi in celebratione Missae Solemnis honorem Presbyteri assistentis, et Palmatoriae?

S. eadem C....: „Negative in omnibus“ respondendum censuit. nr. 5241 die 21. Julii 1855.

BURSA.

1) In Communione.

Ad dubium: an conveniat corporale extra Bursam deferri? S. C. resp. Archiepiscopus incumbat observationi... rubricarum. n. 3707 ad 2 die 13. Sept. 1704.

Ad dubium: An Sacerdos pergens ad explendam Communionem extra Nissam debeat per se, vel per Ministrum deferre Bursam, in qua Corporale recluditur?

Et S. eadem C.... rescribendum censuit: „Decere ut a Sacerdote deferatur.“ Atque ita rescripsit, die 24. Sept. 1842. n. 4950 ad 3.

Quum R. P. Bernardus a Virgine Maria ex Recessu Reatino Congr. Clericorum Reg. SSmae. Crucis et Passionis D. N. J. Chr. a B. V. M. de Succursu nuncupato S. R. C. pro opportuna solutione sequentia dederit Dubia, nimirum:

1. An semper adhibenda sit Bursa cum Corporali, supra quod reponenda sit S. Pyxis, toties quoties administra-

tur Communio Christifidelibus extra Missam, uti innuitur in Ritualis Rom. Rubrica, et clare docetur a Gavannto aliisque S. Rituum expositoribus?

2. An Rituale Rom. prout in casu, intelligendum sit, quod assumi debeat Bursa cum Corporali tantum quando S. Viaticum defertur ad Infirmos, an toties quoties extra Missam S. praebetur Synaxis?

3. An Rubrica Ritualis Rom. sit, prout in casu, praeceptiva, vel tantum directiva, et ad libitum?

4. Quum expletur Communio extra Missam, quaeritur an tolerari debeat consuetudo utendi Palla, qua Calix tegitur in Missae Sacrificio, semper super Altaris mensa ante Tabernaculum manente?

Et S. eadem C. ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinario Coeetu, referente Secretario, rescribendum censuit:

Ad 1. „Affirmative juxta Rituale.“

Ad 2. „In administranda Eucharistia intelligendum.“

Ad 3. „Praeceptivam esse.“

Ad 4. „Jam provisum in superioribus.“

Atque ita rescripsit, et declaravit. n. 5068 die 27. Febr. 1847.

2) In Missa.

Non licet sacerdotibus Capuccinis celebrare missam absque usu Bursae Corporalis, uti requiritur ritus s. rom. Ecclesiae. n. 3262 ad 2 die 19. Jan. 1692.

3) Pro deferendo SSmo. ad Infirmos.

Vd. *Stola* (administ. SS., decr. n. 4623.)

4) Pro deferendo ss. Olea ad Infirmos.

Vd. *Stola* (extrema unctio; decr. n. 4623.)